Quod reliquum est, sanct.tem V. ram prosperrimâ uti valetudi-ne in multos annos optamq. Dat. Pragae 18 Maij 1589. de Ao 1589

Cardinali Madrutio de decimis Clero Mutinensi et Regiensi impositis. (129)

Rudolphus. p. Rev.me, postquam edita nuperà Sanctissimo Dno Summo Pontif. Bulla, qua certae decimae Clero Muti-nensi et Regiensi imponuntur Mutinam et Regium utramq. civitatem civitatibus annumerari statui Ecclesiastico sub-jectis proq. talibus censeri videamq. non possumq. non pro ea, quod nostra Sacriq. imperij et Illmi Alphonsi Ducis Ferrariae, Mutinae et Regij Marchionis Estensis, consanguinei affinis et Principis nostri charissimi ratione feudi interesse, mole-ste ferre Sctem suam hoc novo modo praejudicium inferre velle cum nostris, tum sacri imperij jurib. quae cum tueri, quantum in nobis est teneamur, à R. V. Cma benignè re-quirimq. ut cum Stas sua nostro nomine diligenter et opportunè agat, ne Regium et Mutinam, quae imperij feu-da sunt, pereq. talibus hactenq. habita fuerunt, pro civi-tatibus censeri patiatur, quae statui subsint Ecclesiae, atq. ad praecavendum huiusmodi quod nobis sane quam grave foret praejudicium, ipsam Bullam in ea parte, vel abrogari, vel ejq. mentem ita declarari jubent, ne nobis quicquam inter-cerio praejudicet. Quod Sctem ad majora evitanda in-commoda, offensionesq. interposita R. P. V.rae opera pater-nè facturam confidimq. Ademum nisi fieret, dicto Ferra-riae Duci serio mandavimq. ne decimas illas pendi aut per-solvi ullo modo sinat. Hoc igitur totum negotium, ut R. V.ra R. pro rei cum necessitate tum aequitate curae sit, iterum atq. iterum benignè postulamq. R. V. Rma fa-ciet in eo rem nobis gratam, ad nostram et supradicti imperij cujus illustre ipsa membrum est auctoritatem et jura conservanda per opportunam, quam quâcunq. erga ipsam occasione benevolè agnituri simq. Dat. Prag. 9. Augusti 1589.

Duci Ferrariensi de decimis Mutinensi ac Regiensi Clero à Pontifice impositis. (130)

Rudolphus. p. Diploma Pontif. Max: quo dum certas de-cimas Mutinensi et Regiensi Clero imponit, Mutinam et